

SABBATO QVATVOR 47
temporum. Lucae .III.

In illo tempore: Anno quīntodecimo iīm
perij Tiberij Cæsatris , procurante Pontio
Pilate Iudæa , tetrarcha aut Galilææ He-
rode , Philippo autē fratre eius tetrarcha
Iturææ & Trachonitidis regionis , & Lysa-
nia Abilinæ tetrarcha. Et reliqua.

Herodes, Philippus, & Lysania, qui cum Pilato
præside Romano Iudæam regebant, filij sunt
Herodis, illius sub q̄ dñs natus est. Inter quos & ipm
Herodem Archelaus frater eorum decē annis regna-
uit. Qui à Iudeis ob intolerabilē animi ferocitatem
apud Augustum criminatus, æterno apud Viennam
dispergit exilio. Regnum uero Iudeæ quo minus ua-
lidū fieret, idē Augustus per tetrarchias scindere cu-
rauit. Porro Pilatus duodecimo anno Tiberij Cæsa-
ris in Iudæa missus, procurationē suscepit gentis, atq
inibi per decē cōtinuos annos, usq ad ipsum penē fi-
nē Tiberij pdurauit. [Sub principibus sacerdotuna
Anna & Caipha , factum est uerbū dñi super Iohan-
nem Zacharij filiū in deserto.] Ambo quidē, incipi-
ente predicatione Iohānis.i. Annas & Caiphas, princ̄
pes fuere sacerdotū, sed Annas illum annū , Caiphas
uero illū, quo dñs crucem ascendit, administrabat, &
quidem tribus alijs in medio pontificatu perfunctis,
uerum his maxime, qui ad dñi passionem pertinerēt,
ab euangelista cōmemoratis. Legalibus namq tunc
præceptis ui & ambitu cesantibus, nulli pōtificatus
honor uitæ uel gñis merito reddebat: sed Roma-

48 T SABBATO

na potestate alijs nunc, itē & alijs summi sacerdotij honor prēstabat. Deniq̄ Iosephus refert in hunc modum, dicens: Valerius Gratus, Anna sacerdotio detur bato, Ismaelē pontificē designauit, filiū Bassi. Sed & hunc nō multo post abiētiēs, Eleazarū Ananiae pontificis filiū pontificatui subrogauit. Post annū uero etiā hūc arcet officio. Octavianus Imperator regnauit annis quinquaginta sex, & Simoni cui dā Canis filio pontificatus tradidit ministeriū. Quo nō amplius & ipse quā unius anni spatio perfunctus, Iosephu cui & Caiphas nomē fuit, accepit successorē. Ac per hoc omē tēpus quo dñs noster in terris docuisse describitur, intra quadrienniū spatia coartatur, in quo quatuor istae (quas Iosephus memorat) successiones pontificū describunt, uix unoquoq; per annos singu los ministrāt. Quia ergo Iohānes illū prædicare ueniebat, q; & ex Iudaea quosdā, & multos ex gentibus redempturus erat, per regē gentiū, & principes Iudeorum prædicationis eius tēpora designātur. Quia autē gentilitas colligenda erat, & Iudaea p; culpa perfidie dispergenda, ipsa quoq; descriptio terreni principatus ostendit. Qm̄ & in Romana republica unus præfuisse describitur, & in Iudaea regno per quartā partem plurimi principabantur. Voce em̄ nostri redemptoris dī: Omē regnū in seipso diuisum, desolabit. Liquet ergo qd ad finē regni Iudaea peruererat, q; tot regibus diuisa subiacebat. Apte quoq; non solū quibus regibus, sed qbus etiā sacerdotib⁹ actū sit, demōstra: ut qā illum Iohānes Baptista prædicaret, q; simul rex & sacerdos existeret. Lucas euangelista p̄dicationis eius tēpora, per regnum & sacerdotium designauit. Et venit in omnē regionē Jordanis prædi-

Luce. ii.

QVATVOR TEMPORVM 49

cans baptismū p̄c̄nitentiae, in remissionē pec-
atorū. Cunctis legentibus liquet, quia Iohannes ba-
ptismū p̄c̄nitentiae nō solum p̄dicauit, uerum etiā
quibusdā dedit, sed tñ baptismū suū in remissionē
peccatorū dare non potuit. Remissio etem̄ peccatorū,
in solo uobis baptismo Christi tribuitur. Notandum
itaq; quod dñs, p̄dicens baptismū p̄c̄nitentiae in re-
missionē peccatorū, qm̄ baptismū quod p̄ctā sol-
uerer, quia dare non poterat, p̄dicabat. Ut sicut incar-
natum uerbū patris p̄c̄currebat uerbo p̄dicatiōis,
ita baptismū p̄c̄nitentiae quo p̄ctā solui nō possunt.
Sicut scriptū est in libro sermonum Isaiae
prophetæ. **Vox clamantis in deserto, parate** Isaie 40:3
uiam dñi, rectas facite semitas dei nostri. Idē uero
Iohannes Bap. requisitus q̄ se esset, respōdit: Ego uox
clamantis in deserto. Qui ideo uox à propheta uoca-
tus est, quia uerbum p̄ebat. Qui etiā in desertū cla-
mat, q̄a derelictæ ac destitutæ ludææ solatiū redem-
ptionis annunciat. Quid autē clamaret, aperitur cū
subditur: [Parate uiam domini, recte facite semitas
eius.] Omnis qui fidē rectam & bona opera p̄dicat,
quid aliud q̄ uenienti dño ad corda audientiū uiam
parat, ut hanc uis gratiæ penetret, lumē ueritatis illu-
stre. Ut rectas deo semitas faciat, dū mundas in aīo
cogitationes per sermonē bone p̄dicationis format:
Omnis vallis implebitur, & omnis mōs & col-
lis humiliabitur. Quid hoc loco uallium nomine,
nisi humiles? quid mōtium & collium, nisi superbi-
hoes designantur? In aduentu igit̄ redēptoris ualles
impletae, montes vero & colles humiliati sunt, q̄a iux-
ta eius uocē omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui
se humilliat, exaltabitur. Vallis etem̄ impleta crescit,

DOMINICA QUARTA

mons autem & collis humiliatus decrescit. Quia nimur in fide mediatoris dei & hominum, hominis Iesu Christi, & g^etilitas plenitudine gratiae accepit, & Iudaea per errorem p^{re}fidae, hoc unde tumebat, perdidit. Et erit prauia directa, & aspera in vias planas. Praua in directa sunt, cum malorum corda per iniustitiam detorta, ad iustitiam regulam diriguntur. Et aspera in vias planas mutantur, cum immites atque iracundae mentes, per infusionem supernae gratiae, ad lenitatem m^ostuetudinis redunt. Quia enim uerbū ueritatis ab iracunda mente non recipitur, quasi asperitas itineris gressum pergentis repellit. Sed cum iracunda, per acceptam m^ostuetudinis gratiam, correptionis uel exhortationis uerbum recipit, ibi planam viam praeceptor inuenit, ubi prius pro asperitate itineris pergeret, id est, praeicationis gressum ponere non ualebat. Et videbit omnis caro salutare dei. Quia omnis caro accipit omnis homo, salutare dei, uidelicet Christum, in hac uita omnis homo uidere non potuit. Vbi ergo in hac sententia prophetae prophetiae oculū nisi ad extreum iudicii d^e tendit: ubi cum apertis celis, ministrantibus angelis, consedentibus apostolis, in sede maiestatis sua Christus apparuerit, omnes hunc & electi & reprobri pariter uidebunt, ut & iusti de munere retributionis sine fine gaudeant, & iniusti in ultione supplicij in perpetuum gemant.

SOPHIA DOMINICA QUARTA

Aduentus. Iohannis .I.

Tin illo tempore: Miserunt Iudei ab Hierosolymis sacerdotes & leuitas ad Iohannem, ut interrogarent eum, tu quis es? Et res